



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

5. An toties quoties ab accultis Pontificiis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

num, sollicitatio in confessione, blasphemia hereticales, & omnia alia crimina contenta in Editis inquisitionum, possunt per bullam absolvi toties, quoties, si sunt Episcopalia: at semel in vita, & semel in morte, si sint Pontificia, qualis est v.g. lectio publica libri heretici de religione tractantis, & hoc iterum cum secunda bulla. Sed non tertio, &c. Ita Leand. l.c. §. 3. q. 88. multos referens.

3. Quæres per hanc occasionem, An per bullam Cruciatæ concedatur posse absolvi poenitentem, antequam denuntiet aliquod crimen inquisitori ex obligatione denuntiandi? Respondeo non posse (quidquid dicat Navarrus apud Leandrum l.c. disp. 17. q. 85.) quia in bulla huiusmodi potestas non ingeneritur.

§. V. An toties, quoties ab oculis Pontificiis.

1. **A**Què probable iudico, per bullam posse absolvi ab oculis Pontificiis etiam Ccenæ domini, & non posse, (excipe etiam hæc sum occultam de qua modo §. precedente dictum est) sic Sanch. Trullen. Diana cit. à Leandro l.c. q. 84. Ratio quod possit, est quia per bullam potest quis absolvi ab Episcopalibus. Sed jam casus omnes Pontificii occulti sunt hodie Episcopis concessi à Tridentino, sess. 24. c. 6. de refor. atque ad eos sunt tandem aliquo modo Episcopales, ergo, &c. Neque obstat idem dici, propter hanc rationem posse de hæc si occulta non obstat, inquam, quia, propter ejus enormitatem, & propter sensum Ecclesiæ quæ eam regulariter excipere solet, non desimus de illa loqui, perinde ac de cæteris.

2. Ratio, quod non possit, est quia hi casus Pontificii occulti ex eo quod concedantur Episcopis non desinunt esse Pontificii. Adde in bulla dici sine limitatione, omnes Pontificios posse solum absolvi semel, ergo excludit occultos.

3. Sed huic rationi respondet prima sententia, dicens, oculos desivisse esse Pontificios, statim atque concessi fuerunt Episcopis iure ordinario, quod nobis satis est, loquentibus de privilegio bullæ, quod est favorabile. Ad id, quod additur, respondet, limitationem illam publicis implicate poni in bulla, dum per eam conceditur, ut Episcopales quales sunt Pontificii occulti absolvi possint toties quoties, non verò alii. Utraque ergo sententia, ut diximus, probabilis est.

§. VI. Ab omnibus Censuris.

1. **C**ertum mihi, & Tho. Sanch. l. 6. sum. c. 17. n. 41. & 43. cum Castrop. de Bull. p. 8. §. 4. n. 8. aliisque est, per bullam posse absolvi excommunicationem, suspensionem, interdictum personale, quædo hæc postrema duo sunt proprie censuræ. (Nam excommunicatio semper censura est, ut in propriis tractatibus late explicatum est à nobis) si hæc censuræ sint occultæ, sive publicæ, & deductæ ad forum contentiosum, sive sint à iure, sive ab homine per sententiam specialem contra aliquem in particulari fulminatam, & sive prædictæ sint censuræ denunciata nominatim, sive sint excommunicationes contractæ ex percussione publica Clerici, & quidem toties, quoties, si hæc sint Episcopales, sed semel in vita, & semel in morte, si sint Pontificiæ, atque iterum cum secunda bulla, sed non tertio, (excipimus autem propter superius dicta excommunicationem ex hæresi contractam, &c.)

Ratio tantæ Potestatis est, quia in bulla, quoad hæc nulla apponitur restrictio, & ex alio capite beneficium Principis latè est interpretandum. Vide Leandrum de excomm. d. 17. q. 87. & 95.

2. Quando autem dictum est (etiam deductæ ad forum contentiosum) maxime advertere debes illud. Quod quamvis per bullam possit quis absolvi ab excommunicatione deducta ad forum contentiosum, pendente ta-

men lite, illicite concedetur absolutio; nam hæc auctor prajudicium iudici Ecclesiastico.

3. In quo tamen excipe, q. a. do iudex vel longè distat, vel injustè agit, vel nimis rigore se gerendo, urge absolutio: tunc enim si Poenitens ex parte sua de promptu iusto ejus, qui excommunicationem fulminat, præcepto obedire, cum esset contumacia, potest absolvi per bullam.

4. Id quod diximus n. 2. dictum etiam sit pro excommunicationis nominatim: quamvis enim per bullam possit absolvi pro foro conscientie nominatim excommunicatus, tamen non erit passim absolvendus, sed erit ad suum Prælatum remittendus ne veniat in contemptum potestatis Prælati. Adhibe nihilominus exceptionem mentem procedente allatam.

5. Certum item est, vi bullæ absolvi non posse reservationem à divinis, nec interdictum sive Generale sive speciale locale, nec personale generale, ut in tract. de interdicto dicitur, & notant hic Trullen. & Castrop. l. c. ut eas irregularitates, quæ non sunt censuræ, nec illas quæ sunt inductæ ob indecentiam, quia quis laborans reputatur ab administrando altari, qualis est v.g. irregularitas ex Bigamia: quia bulla solum concedit absolutionem à censuris, ex quibus non est irregularitas ex indecentia.

6. Quæstio igitur solum proponi solet de irregularitate, quæ incurritur in penam aliquis delicti, v.g. ob malam administrationem Sacramentorum cum violatione censuræ contractæ, quæ hæc sunt, ab Apostolico à fide, ob Clerici percussorem, an scilicet possit absolvi per bullam.

Respondendo. Affirmant Leander, de irreg. disp. 27. q. 3. aliique apud Dianam, p. 1. tr. 11. re. 27. scilicet paucum probabile, excipiunt tamen iidem, imò & omnes, quos legi (legi autem non paucos) irregularitatem ex delicto homicidii, vel mutilationis, quia huic irreg. latet, vel semper est annexa indecentia, ut aliqui philosophantur, vel ut alii, quia saltem ita uti ipso, & praxi in Ecclesia propter ejus delicti enormitatem, & scandalosam conditionem, introducuntur legem est.

7. Verum omnino puto, esse absolute de omnibus negandum cum Suarez de cons. disp. 1. sess. 13. n. 6. Leand. l. c. Castrop. l. c. n. 5. aliisque.

Ratio autem est, quia eas censuras tollere potest sola, & olim, ad summum eas penas, quæ impediunt receptionem Eucharistiæ, vel Sacramenti poenitentiae ut notat l. c. Suarez, & significant illa bullæ verba (quæ prius indulgentiam fideles consequuntur, &c.) non autem aliàs, quæ non impediunt ejusmodi receptionem, de quibus loquimur. Adde in bullis recentioribus, ut notat Leander l. c. ablatum esse illud, ut possit absolvi à penis, adde item rationem, quam affert Henriquez l. 7. c. 13. n. 6. quia inquit, in bulla, ut patet ex ejus tenore nulla datur potestas confessario ad dispensandum, sed solum ad absolvendum. At irregularitas, ut etiam suspensio, quæ sit pena, per dispensationem tolluntur, non per absolutionem, ergo potestas concessa prædicto confessario ad eas non extenditur. Scio aliquando absolutiones largi sumi pro dispensatione sed hic in clausula hæc bullæ ubi agitur de absolutione à peccatis, & à reservatis, ex ipso bullæ contextu colligimus, nomen absolutionis proprie sumi.

§. VII. Satisfacta Parte.

1. **Q**uamvis aliquando contrahi possit excommunicatio sine læsione partis: ut est v.g. excommunicatio ob peccatum hæresis, unde tunc nulla erit satisfactio exposcenda, sed solum emendationis propostio: tamen non raro adest partis læsio, v.g. in percussione Clerici. Nomine igitur satisfactionis intelligitur restitutio